UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Zeno M S Cyrillus Eps M. S. Anatolia M. 9. Iul.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44934

Visual Library

S. Zeno M S Cyrillus Eps M. S. Anatolia M. 9. *Iul.*

Perſeuerantia.

Si deſperaueris laſſus in die anguſtiæ, imminuetur fortitudo tua Salomon.

B.Zenonis M Tui(S.Cyrilli Epi.M. S.Anatoliæ M nos Domine foueant continuata præſidia, quia non deſinis propitius intueri, quos talibus auxilijs concedis adiuuari Per D.N.I. Chr. &c.

Ora pro Perſeuerantia Iuſtorum &c

1.S.Zeno M. Romæ ad Guttam iugiter manantem vna cum X. millibus & CC. Chriſti nomen profitentibus occiſus, ad æternæ beatitudinis gaudium iugiter perſiſtens peruenit.

2.S Cyrillus Eps etiam M. creatus eſt Imp. Decio, ſub quo flammis iniectus, cum incenſis vinculis euaſiſſet illæſus, ac ſtupore tanti miraculi liber eſſet dimiſſus à iudice, rurſus pro inſtanti & alacri fidei prædicatione facta de Chriſto, ab eodem Iudice capite plexus eſt.

3.S.Anatolia V. à proco deſperante eius nuptias, Chriſtianæ religionis & Caſtimoniæ rea facta in exilium miſſa, in eo gratia ſanitatum mire inclaruit. Id rurſũ impuri Spiritus peroſi, Virginem ad carceres, ſerpentes, & denique gladium reuocando, gloriosiorem effecerunt, quam bene volendo.